

terre Acqueputide ad hec ad eius instanciam specialiter vocatos supplicationibus congruis Requisivit, ut quarum interest Monasterii, Abbatisse, et Monialium predictarum, quoddam Testamentum inscriptis conditum, olim bone Memorie domine Egidie de Marra Relicte quondam viri Nobilis domini Luce domini Crypte Maynarde Militis Inspiceremus et infrascriptam clausulam sive partem Testamenti ipsius, continentem legatum unius domus legatę memorato Monasterio Sanctę Clare per Testatricem eandem in formam puplicam ad eorum utilitatem exemplare et Reducere deberemus. Ad quod Nos predicti Iudex Notarius et testes iustum utpote cum diligentia intendentes predictum testamentum predictę quondam domine Egidie inscriptum conditum scriptum sigillatum Testamentum sollempniter communiter prout oculata fide accepimus, in manus nostras bscripsimus scriptum licteratura legibili et inspeximus et legimus diligenter. Et quia Testamentum ipsum satis sollempne, satisque completum et firmum, absque subscriptione nobis constitit plenarie ipso undique circumspecto. Ideo Testamentum ipsum in subscriptis clausulis seu partibus eius opitulantis Monasterii memmore. (*sic*) in presentem formam puplicam reduximus et exemplamus per manus nostri predicti Notarii fideliter nullo diminuto seu addito de clausis seu partibus ipsis Testamenti prefati. Quarum tenor talis erat. In nomine domini nostri iesu christi anno ab Incarnatione eius millesimo Trecentesimo primo. Regnante domino nostro Karulo secundo *etc.* Regnorum vero eius anno septimodecimo feliciter amen. die septimo mensis iunii quintedecime Indicionis aput Cryptam Maynardam coram infrascibendis viris. Ego Egidia de Marra. Relicta qd. domini Luce domini Crypte Maynarde Timeo ne de bonis meis Mundanis decedere intestata, et res mee in anime mee preiudiciu inordinata et indisposita Remanerent post meum obitum. sana existens corpore, locucione ac Mente,